



HOMINES MORTEM SORORUM GEMINARUM KESSLER LUGENT.

1 ALICIA ET HELENA (VULGO ELLEN) KESSLER CANTATRICES ATQUE SALTATRICES THEODISCAE, QUAE PER ORBEM TERRARUM NOBILISSIMAE FACTAE ERANT, MORTUAE SUNT.

2 AMBAE MULIERES OCTAGINTA NOVEM ANNORUM IN DOMO SUA, QUAE IN MONACHI PARTE MERIDIANA SITA EST, SIMUL DE VITA DECESSERUNT. CUSTODES AUTEM PUBLICI SE NULLUM VESTIGIUM VIOLENTAE MORTIS REPERISSE RETTULERUNT.

3 SORORUM PAR, QUOD „SORORES GEMINAE KESSLER“ APPELLATUM OMNIBUS HOMINIBUS NOTUM ERAT, AMPLIUS QUAM PER SEXAGINTA ANNOS VITAM IN SCAENA AGEBAT; EAE CUM VIRIS CLARISSIMIS, INTER QUOS ERANT FRANCISCUS SINATRA, FRIDERICUS (VULGO FREDUS) ASTAIRE, HARRIUS BELAFONTE ALIISQUE, SAEPE IN SCAENAM PRODIEBANT.

4 SORORES CUM ALIIS IN TERRIS TUM MAXIME IN UNITIS CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAЕ, IN GALLIA, IN ITALIA LAUDIBUS EFFEREBANTUR. POSTREMO AUTEM GEMINAE KESSLER DE SCAENA DECESSERUNT ET AD OTIUM PERFUGERUNT.

CONVERTIT IN LATINUM VULCANUS.

**0-1 mors** Tod – **sorores geminae** Zwillingsschwestern – **lugere** + Akk. etwas betrauern, wegen etwas in Trauer sein – **Alicia, Helena (Ellen) Kessler** (Eigennamen) – **vulgo** landläufig, gemeinhin bekannt als – **cantatrix** Sängerin – **saltatrix** Tänzerin – **Theodiscus, -a, -um** deutsch – **orbis terrarum** Erdkreis, Welt (**orbis** Kreis, **terra** Land); **per orbem terrarum** auf der ganzen Welt, international – **nobilissimus, -a, -um** sehr berühmt (*Superlativ*) – **fieri (factus sum)** (*Deponens*) werden – **mori (mortuus sum)** (*Deponens*) sterben; **mortuus** tot (*PPDep.*)

**2-3 ambo, -ae, -o** beide – **mulier** Frau – ... **annorum** ... Jahre alt, ...-jährig (*Genitivus qualitatis zur Angabe des Lebensalters*) – **octaginta**

**novem** neunundachtzig – **domus, f.** (Ablativ **domo**) Haus – **Monacum** (*Eigennamen*): München – **meridianus** südlich, im Süden – **situs, -a, -um** gelegen; **situm esse** sich befinden – **simul** gleichzeitig, gemeinsam – **de vitā decedere (decessi)** aus dem Leben scheiden (*euphem.*), sterben – **custodes publici** Polizei – **vestigium** Spur – **violentus** gewaltsam – **reperire, (repperi)** finden – **referre (rettuli)** berichten – **par, n.** Paar – **appellare** nennen; pass. heißen; ... **appellatus** (*Part. Perfekt. Pass.*) unter dem Namen ... (< ... genannt) – **omnibus hominibus notus** aller Welt bekannt – **amplius quam** mehr als – **per sexaginta annos** sechzig Jahre lang – **vitam agere** sein Leben verbringen – **scaena** Bühne – **vir** Mann, bedeutende Persönlichkeit –

**clarus** berühmt (**clarissimus** *ist Superlativ*) – **Franciscus Sinatra, Fridericus (Fredus) Astaire, Harrius Belafonte** (*Eigennamen*) – **alii** andere – **in scaenam prodire** auftreten (< auf die Bühne hervortreten)

**4 cum ... tum maxime** zwar auch ... aber ganz besonders – **Civitates Foederate Americae** USA – **Gallia** Frankreich – **Italia** Italien – **laudibus efferre** jemanden feiern (< durch Lob emporheben) – **postremo** zuletzt – **de scaenā decedere (decessi)** von der Bühne abtreten – **ad otiumque perfugere (perfugi)** sich aus der Öffentlichkeit zurückziehen (< zur Muße Zuflucht nehmen)

## Deutscher Ursprungstext:

### **Trauer um Kessler-Zwillinge**

- 1** Die international berühmt gewordenen deutschen Sängerinnen und Tänzerinnen Alice und Ellen Kessler sind tot.
- 2** Sie starben 89-jährig gemeinsam in ihrem Haus im Süden Münchens. Hinweise auf ein Fremdverschulden gibt es nach Angaben der Polizei nicht.
- 3** Das als „Kessler-Zwillinge“ bekannte Schwesternpaar führte mehr als 60 Jahre lang ein Leben im Rampenlicht – sie traten unter anderen mit Frank Sinatra, Fred Astaire und Harry Belafonte auf.
- 4** Besonders in den USA, in Frankreich und in Italien wurden die Schwestern gefeiert. Zuletzt hatten sich die Kessler-Zwillinge aus dem Showgeschäft zurückgezogen.